

Parocho, ut si de facto consecratur, absolutio nulla etque irrita sit ex defectu Jurisdictionis: nulla enim absolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinatum, vel delegatum non habet Jurisdictionem, ut similiter est delictum à Tridentina Synodo, sess. 14. cap. 7. de cas. reservat.

15. Demum supposito statu Religioso eorundem militum, idem probat efficaciter text. in dicta Extravag. 1. ter cunctus de Privileg. ubi interdicitur Religiosis, ne cupiam consecrari nisi propriis Prelatis, facit text. in cap. 1. ubi, Monachus penitentiam nemini tribuat, nisi sibi invocem. 16. qu. 1. Item facit Si Episcopus, §. Nulla quoque, de peniten. & remiss. lib. 6. ubi dicitur nulla posse consuetudine introduci, ut quis Confessorem sibi eligere valeat, præter sui Superioris licentiam.

14. Neque obstat quod cum hujusmodi Milites degant extra conventum, ut supponitur in dubio subint. Episcopo etiam quoad ea, quæ ad curam animarum non pertinent, ex decreto Concilii Tridentini cap. 3. sess. 6. Quoniam responderetur ex d. cap. 3. Regulares extra conventum degentes non subesse Episcopo, nisi ratione delicti, ut patet ex verbis ejusdem Capituli ubi, si deliquerit. Equites autem Hierosolimitani, qui semel in anno peccata sua non confitentur

15. Prebitero Parochiali, vel ipso in Paschate sacram Communionem non suscipiunt, minime delinquent, dummodo alias eorum proprio Sacerdote & in suis Ecclesiis præcepto Ecclesiæ satisfaciunt, ut dictum est; & sic quoad Sacramentum non fortuitur ferum Ordinarium. Debent enim confiteri suis Prioribus, vel Capellanis, vel alteri de ipsius Prioris licentia ut inferius dicitur. Sicut videmus alios Religiosos itinerantes non posse peccata sua confiteri Prebitero seculari, nisi de suorum Superiorum licentia & absolutionem alter factam esse ipso jure nullam ut pluribus probat novissime Ludovic. Miranda in Manuali Prælator. to. 2. q. 33. art. 6. in 1. concl. dicens; generali consuetudine Religionum receptum esse, ut iter facturi prius à propriis Prelatis facultatem obtineant sibi Confessorem eligendi & ibi refert non solum plura privilegia Sexti IV. Leonis X. & aliorum Summorum Pontificum quibus sit facultas Religiosis itinerantibus eligendi confessorem fed etiam speciale prohibitionem Clementis IV. & Bonifacii VIII. ne quis ex Fratibus Minoribus, excepto mortis articulo, aliis, quam ejus Ordinis Sacerdotibus confiteatur.

16. Adverte tamen, quia in prædictis aliter videntur sentire DD. in Clem. Ne in agro, §. Sanè, de stat. Monach. ubi in specie Petr. de Anch. num. 5.

Nota, inquit, quod sive Monachi sint in Monasterio, sive extra, tenentur semel in mente confiteri, & quando sunt extra, possunt confiteri Prelatis, in quorum Parochia degunt, vel aliter Religiosis ad hoc deputatis per Diocesana: allegat cap. 1. 16. qu. 1. Clem. Dudum, de sepals. quæ tamen jura hoc non probant. Possunt etiam secundum eum confiteri Episcopo iocivis Prelatis, ut notat Archid. in cap. qui resistit, num. 6. 11. quæst. 3. ubi dicit se non credere Abbatem posse prohibere Monacho, ne confiteatur Episcopo, vel Penitentiaro ejus: & hoc idem, quia Episcopus est Ordinarius singulorum, qui sunt in sua Diocesi. Hoc tamen limitat, nisi secus sit expressum in Constitutionibus Monachorum, quæ confirmatae sint à Papa. Nos veriamur in casu hujus limitationis, ut constat ex dictis supra num. 13. & 15. & mox subjicimus.

Quod spectat ad stabilitatem Ordinis S. Joannis Hierosolimitani res sit magis clara: nam in eis expresse interdicitur militibus, ne alteri cupiam confiteantur, quam Priori, aut alicui Capellano ejusdem Ordinis, nisi de ipsius Prioris licentia, vel eo absente, de licentia Superioris, ut habetur in tit. de Ecclesiis, statuto 7. pag. 23. Quæ quidem stabilitatem cum à multis Summis Pontificibus fuerint confirmata, sunt omnino observanda, ut per Archid. loco citato, cum præsertim non sint contraria Decreto Concilii Tridentini sess. 23. cap. 15. quod nihil statuit de penitentibus Regularibus, imò se restringit ad confessiones secularium & consonant Sacrorum Canonum dispositioni, ut ex dictis constat. Quibus etiam accedit Constitutio 9. Pii IV. Circumspecta, in Bullar. tom. 2. pag. 9. quæ in §. 19. tribuit facultatem fratribus Capellanis Ordinis Sancti Joannis Hierosolimitani militum, & ipsorum familiarum confessiones audiendi, illisque Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrandi.

Ad secundum responderetur Milites extra conventum degentes teneri omnino reddere rationem Ordinarium, quod annuæ confessionis & communionis præceptum adimpleverint: nam cum omnes Christi fideles ardeant præcepto d. 19. c. Omnis totiusque, de pen. & remiss. utique si Milites Hierosolimitani illud non adimpleant, graviter delinquant. Ratione autem delicti degentes extra conventum subsunt visitationi, punitioni & correctioni Ordinarium tanquam in hoc à Sede Apostolica delegati, ut in dict. cap. 3. sess. 6. & ita aliter re diligenter examinata, respondit S. Congregatio Concilii, quæ hujusmodi delictum etiam connumeravit inter graviora.



DE PRIVILEGIIS

Cælestinus III. Abolen. Episcopo.

CAPUT X.

Patentibus litteris certificari desideras, utrum Templariis, Hospitalariis & aliis Oratoria domibus suis habentibus liceat campanas in eis ponere, publicèque pulsare: Respondemus autem consultationi tuæ, quod non liceat eis hoc agere, quin potius per te, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, coercendi sunt, ut ita sint suo jure contenti quod justitiam non impediatur aliorum.

SUMMARIUM.

- 1 Campanas in Oratoriis privatis publicè teneri non possunt.
- 2 Campanas habere in loco publico, & elevato est signum loci publici & sacri.
- 3 Hospitalia & Oratoria cum non apparent constructa auctoritate Episcopi, ex quibus signis præsumantur publica vel privata.
- 4 Exempti delictum si extendit vires suas, & effectum extra locum exemptum, licet committantur in loco exempto, potest per Ordinarium puniri.
- 5 Declaratur.
- 6 Religiosi an liceat in eorum Oratoriis vel Monasteriis unam, vel plures habere campanas & numer. seqq. usque in finem.
- 7 Intellectus cap. Nimis iniqua, de excessib. Prælat. & num. 13.
- 8 Concessa omnia videntur, quæ non inveniuntur prohibita Declaratur n. 14.
- 9 Unicusque licet in suo facere quod vult; dummodo nihil in alienum immitat, etiam per hoc alius ledatur: quod intelligitur de unimiffionis rei corporalis n. 17.
- 10 Campanarum plurium quæ sint causæ & n. 12. & 22.
- 11 Causa rei effusa rei suam imponit, & perseverans eam ampliat & extendit.

- 12 Campanarum sonus est adinventus ad convocandum populi multitudinem, ad audiendum verbum Dei & n. 22.
- 13 Singularitas non semper pluralitatem excludit.
- 14 Taxativa dictionis non semper in oratione subaudiuntur.
- 15 Fumus enumeratur inter corporalia.
- 16 Mendicantibus post Extravagantem Joannis XXII. Quia cunctos, non licet in suis conventibus habere nisi unam campanam & num. 25.
- 17 Et quid si unam habeant pro se, & aliam pro universitate.
- 18 Et quid si antea plures habuerint sine contradictione & num. 26.
- 19 Et quid si ita habeat consuetudo n. 27.
- 20 Et quid si habeant parochias n. 28.
- 21 Campanas habere, & privatim pulsare non est prohibitum Religiosis in eorum officinis, & in privatis Oratoriis & n. 24.
- 22 Campanam in privato Oratorio Religiosis publicè tenere & pulsare non licet.
- 23 Pluralitas quandoque resoluitur in singularitatem.
- 24 Parochiales Ecclesie si campanas tres, videlicet grandiorum, mediam & minimam habere non possint saltem duas debet habere.

Patentibus. Religiosi in domibus privatis, licet sint hic privata oratoria, non possunt habere campanas, hoc dicit Joann. Andr. Butr. Cardin. & Anchar. vel sic secundum Abb. & Marian. Soc. in oratoriis privatis campanæ publicè teneri non possunt etiam per Religiosos, & sunt duæ partes, consultatio & responsio, secunda hic, respondemus.

Nota primò ex hac littera in loco publico, seu elevato habere campanas, & publice pulsare, esse signum loci publici & sacri, ut hic notat Anton de Butr. n. 3. Abb. Mar. Soc. & Dec. omnes in 1. ner. & idem Butr. in cap. ult. n. 5. supra de censib. inferentes ex hoc ad declarationem questionis quotidianæ, an hospitalia vel oratoria in dubio censentur publica vel privata, cum non appareat, an auctoritate Episcopi sint constructa: nam si hic est campana elevata, quæ publicè pulsatur, signum est ea esse publica, & Episcopo subiecta & idem dicitur si hic celebratur: sunt enim ista signa loci publici; arg. cap. Unicusque, & seq. de consecr. dist. 1. & notat Arch. in c. Nemo, n. 3. vers. Ubi autem dicitur, n. 1. vers. Sed contra hoc, de donationibus, & late consulit Federic. de Sen. conf. 130. Factum est tale, Quasdam domus per tot. Adverte tamen quia actus solius celebrationis Missæ necessario non concludit locum esse publicum, ut probat text. in d. c. ult. ubi dicitur in oratoriis privatis interdum celebrari; & sic non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, c. 1. de translat. Episc. & l. Neque natales, C. de probationibus quod dicit esse notandum Abbas in d. c. ult. n. 1. vers. Item nota: intelligitur ergo celebrationem Missæ signum esse loci publici, & sacri, si actus celebrationis sit publicus, ita ut omnes indifferenter admittantur, prout intelligunt Archid. in d. c. Nemo n. 3. & declarant Butr. in dicto c. ult. in tertio §. not. & Abb. n. 1. de censib.

Secundò, ex hac littera colligitur Ant. de Butr. n. 5. quod ubi delictum exempti extendit vires suas, & effectum extra locum exemptum, licet committatur in loco exempto, nihilominus potest per Ordinarium arceri & puniri: nam campanæ non pulsantur nisi propter auditum; & quamvis pulsantur in loco exempto; tamen propter sonum extenditur turbatio ad locum non exemptum: ad quod facit c. Tuarum supra eod. concordant hic Abb. n. 4. vers. in gloss. 2. qui pluribus hoc confirmat & Marian. Soccin. in ult. notab. Quod puto verum nisi privilegium exemptionis sit concessum etiam ratione rei litæ, contractus iniuri, & delicti commissi extra locum exemptum, sicut sunt hodie exemptiones Religiosorum ferè omnium, ut plene scripsi in d. c. Tuarum, d. n. 18. usque ad n. 25. Tunc enim etiam campanæ pulsarentur in ipsomet loco non exempto, tamen exempti non possent ab Ordinarium puniri, quia hujusmodi exemptiones speciales non sunt subiate per c. Volentes de privil. lib. 6. ut ex facto respondit Gemin. conf. 72. Quia articulus iste n. 1. col. 3. in principio. vers. Inferitur secunda conclusio, & dixi in præallegato c. Tuarum n. 16. & seqq. infra eod.

Quæro, generaliter, an Religiosi possint in suis oratoriis unam vel plures habere campanas.

Difficultas versatur in consuetudine hujus Decretalis, ubi hoc prohibetur, cum c. Nimis iniqua, supra de excessib. Prælat. Ubi recensentur inter alia gravamina Fratibus Præ-

dicatoribus illata, quod non permittantur in eorum oratoriis afferre Eucharistiæ Sacramentum, nec habere campanam.

Pro solutione dantur tres intellectus. Primus est Goffredi in d. c. Nimis iniqua, quod ille textus loquitur de oratoriis publicis, quæ sunt in Monasteriis Religiosorum; hoc autem cap. de oratoriis existentibus in eorum domibus privatis vel grangis, & hic intellectus est satis amicus litteræ, & magis placet Abbati hic n. 5. vers. Et quamquam primus intellectus Goffredi multum mihi placeat, & Marian. Soccin. n. 10. vers. Dicit Dominus meus.

Secundus intellectus est Innocentii hic videlicet quod textus in d. c. Nimis iniqua, procedat ex privilegio vel gratia speciali: hæc autem Decretales de jure communi.

Tertius intellectus est Host. hic n. 2. qui exponit verbum campanas; scilicet plures, 1. Ubi numerus, ff. de test. Pluralitas ergo, & pulsatio publica hic reprobandur, sed unicam habere campanam non est eis prohibitum: & ita procedit text. in d. c. Nimis iniqua, qui singulari loquitur hic, nec sustinentes eos habere campanam, & sic licet Religiosis habere unam, sed non plures, ut in hac littera; & Host. sequitur Arch. in c. Quidam in fine 18. q. 2. quod dicit perpetuo notandum Abb. hic n. 5. vers. Vel tertio, secundum Host. & potissimum pro Mendicantibus qui tenent plures campanas ita ut eorum loca videantur principiora in civitate, n. 11. enim possunt de jure communi tenere nisi unam, idque debet eis sufficere cum populum non habeant, & hoc secundum eum servant Fratres Minores de Obervantia, pro quibus facit Clem. Exivi de Paradiso, §. Licet verò, vers. Hinc est etiam, & vers. Quamvis etiam, de verb. signific. sequitur Joann. de Selva in tract. de benef. part. 1. quæst. 5. num. 101.

Porro fuit olim magna litis in Curia Romana utrum Fratres 8 Predicatores possent habere plures campanas; & dicebatur posse. Primò ex regula, quæ dicit consuevit, omnia videntur concessa, quæ non probantur prohibita, l. Statuas C. de relig. & sumpt. saner. l. Nec non §. Quod eis, ff. Quib. ex caus. majorit. l. Ab ea parte, ff. de probat. Secundò, ex alia regula, quæ habet unicuique licere in suo facere, quod vult, dummodo nihil in alienum immitat. l. Sicuti §. Arresto, ff. si servit. vindictæ; etiam per hoc alius ledatur, dolose non faciat, ut l. Fluminum, §. ult. & duabus legib. seqq. de dam. infect. l. 1. §. Item ait, & §. Duntaxat Marcellus, ff. de aqua plu. arc. Tertio, quia causa pluralitatis campanarum est honor Sanctorum, decor cultus divini, & convocatio populi. Sed istæ tres causæ subsunt in Ecclesiis Predicatorum; ergo & jux pluralitatis campanarum, quia sicut causa rei cessans, rei suam imponit, ita & preservans, eam ampliat, & extendit, l. Plane, ff. de oper. liber l. Adalter, ff. de Adalter l. Adigere, §. Quamvis, ff. de Jurapatron. & cum paribus similitudine malitiam sint, justum & compositum videtur eisdem privilegio gloriari, l. ult. C. de Palatin. Sacrar. largit. lib. 12. Et quod sonus campanarum sit adinventus ad convocandum populum, sive populi multitudinem ad audiendum verbum Dei, satis innuitur Numer. capit. 10. hic, Fac tibi tubas & dactiles, quibus convocare possis multitudinem, & infra: ubicumque increpaveris tubis, congregabitur ad te omnis turba. In contrarium allegabatur hoc capit. ubi prohibetur campanarum pluralitas etiam Religiosis: & c. Nimis iniqua, de excessib. Prælat. 13



- 22 Verbum, concedimus, seu indulgemus relatum ad id quod erat concessum de iure communi, nihil novum concedit, sed iam concessum ostendit, & n. 18.
- 23 Societas Jesu exemptio à jurisdictione Ordinariorum an sit restricta ad tres casus excepti, & num. seq.
- Societas Jesu litterarum conservatorum redacta sunt ad terminos Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus, ibid. verf. Nisi dixerimus.
- Societas Jesu Religio comprehenditur in derogationibus generalibus per illa verba, Societatum & corporum alterius instituti, ibid.
- 24 Privilegiolorum communicatio quam habent Ordines Regulares, comprehendit etiam exemptionem à jurisdictione Ordinarii in tribus casibus exceptis.
- 25 Fratres B. Joannis Dei an sint exempti ab Ordinariis jurisdictione.
- Regularium correctio de iure communi pertinet ad Praelatos regulares, non autem ad Episcopum, nisi Praelatis negligentibus, ibidem verf. Clausula enim.
- 26 Clausula, dummodò Sacris Canonibus & Tridentina Concilia decretis non advertentur, que ponitur in litteris confirmationis & communicationis privilegiorum intelligitur de Canonibus insertis in corpore juris.
- Papa auctoritatem cur Concilium Tridentinum præservaverit in his causis que de morum reformatione atque Ecclesiastica disciplina statuta sunt, ibidem verf. Etenim cum Canones Concilia.
- 27 Derogationem ad cap. Volentes, de privi. lib. 6. perperam Regulares in eorum privilegii inferendam curant.
- 28 Fratrum Carmelitarum indultum, quod occasione cap. Volentes, nullum præiudicium generet eorum exemptioni, quomodo sit intelligendum.
- 29 Regulares non comprehenduntur in decreto cap. 14. sess. 7. Concilii Tridentini innovante Constitutionem, cap. Volentes, & n. 34.
- 30 Lex innovans non egreditur terminos legis innovatae.
- Papa cum tribuit ius procedendi contra exemptas auctoritate delegata, non violat exemptionem & n. 33.
- 32 Regularium exemptio ratione delicti extra locum exemptionis commissi, deducitur ex pluribus Tridentini Concilii decretis, & n. seq. usque ad n. 45.
- 33 Regulares, circumscriptis exemptionibus, de iure com-

**U**ram. In tota provincia privatorum exhortationis, id est predicationis officio Hospitalarii, qui mittunt pro elemosinis Cruce falso signatos; & missi, si sunt laici excommunicantur, si sunt Clerici ab officio & beneficio suspenduntur. Eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationem in polluta Ecclesia celebrant, & ab Episcopis suspensi per exemptos absolvi nequeunt. Et confratres privilegiorum qui se ad ipsos plenè non transferunt, privilegii non sunt. Hoc dicit. Dividitur in duas partes principales. In prima ponitur querela & consultatio. In secunda respondit hic, Verum quia. Et utraque pars secundum Host. & Joan. Andr. subdividitur in quatuor; in prima ponuntur quatuor Hospitaliariorum excessus quibus postea in secunda per ordinem respondetur.

1 Nota primo, qualitates quas habere debent quæsores qui mittuntur ad elemosinas colligendas; debent enim esse literati; & vere eorum fratres, non autem laici & falsa Cruce signati, ut per Anton. de But. n. 2. & Ancharanum n. 1. unde Sacra Congregatio Concilii alius declaravit, Fratres Mendicantes non posse quidem ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in Dioecibus ubi habent Conventus, elemosinas querant; sed tamen si extra loca ubi Monasteria existunt, querere voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinarii ostendere; ac si extra Dioecelimum, teneri etiam illius consentum obtinere. Caterùm nullatenus esse permittendum ut elemosinas querant per alios quam sui Ordinis fratres. Quætorum nomen & usus in quibuscumque Christiane Religionis locis prorsus aboleri iussit Concilium Tridentinum in cap. nono, sess. 23. vide clem. abusus, de po. n. & remiss. & quod de huiusmodi quætoribus, præcipit Sancti Antonii Viennensis, dicam in capite eia ex eo infra eod. tit.

2 Secundo nota hic ab officio beneficiique suspendas, celebrantem in Ecclesia polluta non esse ipso iure suspendum nec irregularem, sed esse suspendendum, c. si qui de sent. excom. in 6. Butr. hic n. 4. in 3. not. Abb. n. 5. verf. & pro hoc significaverit & Dec. n. 23. Aliud juris est, si quis celebrat in Ecclesia interdicha, quia est suspensus ab officio & beneficio & omni jurisdictione, ut in c. fin. secundum unam ledam, supra de excess. Prelat.

3 Tertio nota exemptum foris fore Dioecesanum ratione delicti; quod patet hic; nam missi ab Hospitalariis per Episcopum suspenduntur ab officio & beneficio, nullo eis privilegio suffragante; & ipsi Hospitalarii predicationis officium

- interdicunt. In hoc tamen articulo sunt opiniones, quas recitat glossa in verbo privilegii beneficio & Anton. de Butr. n. 19. ut latius dicam infra.
- Sed committere hic distinguitur. Aut exemptio est merè personalis, ut quia eximitur persona simpliciter & absolute, non autem respectu certi loci; & tunc ubilibet exemptus delinquit, non puniatur à suo Dioecelano, quia alias privilegii exemptionis effectus prolixè inutile & elusorium, ad hoc l. 3. C. Ubi Senator vel Clariss. & c. in infra eodem, lib. 6. in verf. Nunquid ergo, facit c. In hic infra eodem. Et hoc est ratio cur Reverendarii utriusque signatur non forsaniorum Ordinarii ratione delicti, contractus aut rei, qui scilicet eorum exemptio merè personalis est, ut scripsi latè in c. ex parte il secundo infra eodem. Aut exemptio non est merè personalis, sed localis vel mixta, ut quia eximitur persona respectu Monasterii vel Canonici respectu Ecclesie; & tunc serva distinctionem glossæ hic, quia si exemptus delinquit tantum in loco exempto, ita ut effectus delicti hic non extendat extra ipsum locum, puniri non potest à Dioecelano; hic est casus in d. c. in eod. verf. Nunquid ergo de privi. lib. 6. Nisi ratione generalis interdicti, ad cuius observantiam tenentur etiam exempti, contrariè consue tudine non obitante, c. cum inter de consuet. clem. ex frequentibus de sent. excom. non quidem ex iuribus sententiæ, sed Canonis athen. de consuet. illudatur ut post Joannem Andream notat Abbas in d. c. cum inter n. 3. seu ne frangatur nervus Ecclesiasticæ disciplinae, ut per Butr. hic n. 19. verf. Tu prædicta conclude. Ad delictum extenditur seu explicatur extra locum exemptum & tunc puniatur à Dioecelano, ut hic & in c. patentibus supra eodem; nam hic Templarii mitebant suos Quæsores extra locum exemptum, ideo puniuntur à Dioecelano. Unde si exempti proijcerent lapides vel alter turbarent Ordinarium cum campanis existitibus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri possent iuxta textum in d. c. patentibus & ex facto respondit Gemina, conf. 72. n. 6. verf. ne obstat assue in sit. quod facit ad quætionem, an extra Ecclesiam & lagita interdicent aliquem in Ecclesia existentem gaudeat immunitate Ecclesiasticâ in terminis Bullæ Gregorii XIV. ex prædictis enim constat non gaudere; & nam hic videtur commissum delictum ubi effectus sequitur, ut dicitur Abbas hic n. 8. & Dec. n. 46 ad hoc optimus textus in l. 4. §. Hoc autem editio ff. de vi bonorum raptor. & quod notat Bart. in l. Libellorum, n. 7. ff. de accusat. ubi statim ubi imponere poenam percutientem vel homicidium committentem, quærit quis locus in-

terdicunt. In hoc tamen articulo sunt opiniones, quas recitat glossa in verbo privilegii beneficio & Anton. de Butr. n. 19. ut latius dicam infra.

Sed committere hic distinguitur. Aut exemptio est merè personalis, ut quia eximitur persona simpliciter & absolute, non autem respectu certi loci; & tunc ubilibet exemptus delinquit, non puniatur à suo Dioecelano, quia alias privilegii exemptionis effectus prolixè inutile & elusorium, ad hoc l. 3. C. Ubi Senator vel Clariss. & c. in infra eodem, lib. 6. in verf. Nunquid ergo, facit c. In hic infra eodem. Et hoc est ratio cur Reverendarii utriusque signatur non forsaniorum Ordinarii ratione delicti, contractus aut rei, qui scilicet eorum exemptio merè personalis est, ut scripsi latè in c. ex parte il secundo infra eodem. Aut exemptio non est merè personalis, sed localis vel mixta, ut quia eximitur persona respectu Monasterii vel Canonici respectu Ecclesie; & tunc serva distinctionem glossæ hic, quia si exemptus delinquit tantum in loco exempto, ita ut effectus delicti hic non extendat extra ipsum locum, puniri non potest à Dioecelano; hic est casus in d. c. in eod. verf. Nunquid ergo de privi. lib. 6. Nisi ratione generalis interdicti, ad cuius observantiam tenentur etiam exempti, contrariè consue tudine non obitante, c. cum inter de consuet. clem. ex frequentibus de sent. excom. non quidem ex iuribus sententiæ, sed Canonis athen. de consuet. illudatur ut post Joannem Andream notat Abbas in d. c. cum inter n. 3. seu ne frangatur nervus Ecclesiasticæ disciplinae, ut per Butr. hic n. 19. verf. Tu prædicta conclude. Ad delictum extenditur seu explicatur extra locum exemptum & tunc puniatur à Dioecelano, ut hic & in c. patentibus supra eodem; nam hic Templarii mitebant suos Quæsores extra locum exemptum, ideo puniuntur à Dioecelano. Unde si exempti proijcerent lapides vel alter turbarent Ordinarium cum campanis existitibus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri possent iuxta textum in d. c. patentibus & ex facto respondit Gemina, conf. 72. n. 6. verf. ne obstat assue in sit. quod facit ad quætionem, an extra Ecclesiam & lagita interdicent aliquem in Ecclesia existentem gaudeat immunitate Ecclesiasticâ in terminis Bullæ Gregorii XIV. ex prædictis enim constat non gaudere; & nam hic videtur commissum delictum ubi effectus sequitur, ut dicitur Abbas hic n. 8. & Dec. n. 46 ad hoc optimus textus in l. 4. §. Hoc autem editio ff. de vi bonorum raptor. & quod notat Bart. in l. Libellorum, n. 7. ff. de accusat. ubi statim ubi imponere poenam percutientem vel homicidium committentem, quærit quis locus in-

retur delictum, c. Frater nosse 16. q. 6. & c. sicut nobis de suppl. mgl. Prelat. & ubicumque iniretur contractus aut rei ipsa cõsisteret, ad exemplum Processualis majoris quindistincte non intrinsece se de causis fiscalibus, l. Nec quidquam, §. 1. ff. de off. Proconsul.

E contra verò Episcopi opponant, imò et causa privilegiorum esse restringendum ut non haberet locum ratione delicti extra locum exemptum, c. postulasti & c. fin. de foro compt. nam ratione delicti perditur privilegium, c. privilegium 11. q. 3. cum restus omnem honorem excludat, l. 1. C. ubi Sen. vel Clauf. & qua in Provincia quis delinquit, 18 illic iuri subiacet, omni privilegio cessante, Auri. Quis in Provin. C. Ubi de crim. agi oport. nec enim prætextu privilegii flagitiorum crescit auctoritas, l. 2. C. de privi. jeholar. lib. 22. Item opponant Episcopi quòd privilegium non haberet locum ratione contractus celebrati similiter in loco non exempto, c. Romana, §. Contrahentes & §. seq. de foro competentis, lib. 6. Item nec ratione rei litigiosa alius non exempta, cum & plantare supra eodem, prout hæc notantur hic in gl. in ver. privilegii beneficio & in c. placuit 6. q. 3.

Ad hæc verò controversiam diffinendam emanavit d. c. Volentes de privi. lib. 6. quo declaratum fuit exemptionem utriusque generalem in tribus casibus prædictis non suffragari, ut expressè hic notant Archid. Joan. Monach. & Joan. And. in prin. & Anchar. hic n. 8. Quidam verò exempti erant non simpliciter & indefinite seu generaliter, sed cum specifica expressione delicti commissi seu contractus liti aut rei litigiosæ existentis etiam in loco non exempto; & quod hæc secundam exemptionum speciem, Decretalis Innocentii IV. nihil novi statuit, quia edita fuit solum ad declarationem controversiæ que prius erat super interpretatione prima speciei indefinite seu generalis, ut patet ex illis verbis declaratione irrefragabilis definitiva qui indicant Pontificem noluisse novum ius inducere, sed tantum quod prius latebat manifestare; hæc enim est natura declarationis, ut est casus in l. Hæres palus, §. Quid verò & §. si notum ubi etiam notat Bart. Paul. de Caltr. & Doctores, ff. de testam. Anchar. conf. 65. n. 4. Fulgosi. conf. 47. in fin. verf. ad secundam. Bellam. dec. 756. col. 1. verf. Ibi talis dicitur propria declaratione, at circa exemptos hujus secundæ speciei nulla liberat controversia, non enim de his dubitari poterat quia essent exempti ratione delicti contractus aut rei, quia hi tres casus erant nominatim expressi in eorum privilegio, cuius tenor cum esset clarus, omnino erat observandus, c. cum & plantare & c. Porro supra eodem & infra cap. petisti cum concord. ubi enim verba sunt clara, non est interpretandi locus, l. Ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. Continuis, §. 1. de verb. oblig. glof. in c. cum dilectus in verb. A faja peristi de consuet. Seraph. dec. 762. n. 1. ergo d. c. Volentes hæc speciem exemptionis non comprehendit. Lex enim seu Constitutio declarans non egreditur terminos privilegii declarati. Bart. in l. Nihil, ff. de conjug. cum emancip. liber. aliquando si subsisteret exemptiones etiam in tribus casibus prædictis, utique non delectasset privilegia exemptionum, sed illa potius abrogasset aut restringeret ac novum ius inducisset. Hoc autem repugnat Constitutioni juris veteris declaratoria, ut in terminis d. c. Volentes tradit hic Philip. Prob. in addit. ad so. Monach. & ante eum Gemin. d. conf. 72. col. 1. verf. Contrarium.

Et confirmant, quia Innocentius IV. initio illius Decretalis protestatur se velle ut libertas quam nonnullis Apolliticis Sedes privilegio exemptionis indultis, sic integra observetur ut & illam alii non infringant & ipsi ejus limitis non excedant quibus verbis, unde mens Pontificis & causa finalis est dicitur satis constat tantum abesse ut voluerit Apollitica privilegia restringere, ut potius expressè declaraverit se intendere ut illa omnino salva atque illibata permanent, ponderando illud verbum integram, quod excludit non modo privilegii abrogationem, sed etiam quamcumque restrictionem, l. si quando, C. de bon. voe. lib. 10. Bald. conf. 88. ex infelicitate n. 1. lib. 1. alioquin si d. c. Volentes daret forum etiam privilegiis, sub hac secunda specie Pontifex non servaret promissa, quia expressè privilegia eis imminebat seu deleret, ut dicitur in c. dilecti supra eodem, auferendo ab iisdem privilegiis casus delicti commissi, contractus liti ac rei liti extra loca exempta expressè in litteris concernentibus, quod in specie perpendit Gemin. conf. 72. verf. Inferat secunda conclusio.

Ex his autem resultat propositæ dubitationis solutio, quia Regulares sunt exempti secundæ speciei & sic non comprehendunt in prædicta Decretali Volentes de privi. lib. 6. Sedes enim Apollitica quoruncumque Ordinum Religiosorum tollit exemptionem, contractus liti ac rei existentis extra locum exemptum; & ex Ordinibus Mendicantium Fratres Prædicatorum Ordinis S. Domini habent super hoc amplissimum privilegium à Sixto IV. ut in Constitutione Mari magnam ap-

- ficiatur, si aliquis existens in platea cum balista processerit aliqua extra plateam, resolvit esse inspicendum locum ubi percutitur vel occiditur si statum puniat percutientem vel occidentem, secus si sagittam ejusque opinationem tueat Felin. in c. fin. n. 14. supra de foro compt. & vide plenè per Aretin. ibid. n. 7. & Joannem Andream in c. In obsequio de reg. jur. in Mercenial. si verò delictum sit omnino commissum extra locum exemptum: tunc indubitanter exempti à Dioecelano puniri possunt; hoc enim casu habet locum textus in d. c. 1. infra eodem lib. 6. ubi ratione delicti commissi extra locum exemptum vel ratione contractus alibi liti aut rei liti alibi sita exempti conveniuntur coram Ordinariis loci, ita in effectu ex mente Doctorum distinguant hic Anton. de Butr. n. 19. in eod. verf. Tu prædicta conclude & Abb. n. 8.
- Hoc ultimum fallit si privilegium exemptionis sit speciale etiam ratione delicti commissi, contractus liti aut rei liti extra locum exemptum, sicut est exemptio Regularium, quia tunc ubilibet exemptus delinquit, contractus, aut rei liti sit, coram Dioecelano conveniri non potest, ut latissime dicam in quæst. seq.
- 10 Quæto, postea Constitutio Innocentii IV. in Concilio Lugdunensi edita, quæ inest Volentes atque à Concilio Tridentino innovata in capite decimo quarto, sessione 7. An Regularium ratione delicti commissi seu contractus liti aut rei existentis extra locum exemptum, subiacentur Ordinariis jurisdictioni & an iugiter excommunicatione Episcopi edito proposita.
- 11 Exemptio hæc à nonnullis Episcopis fuit aliquando Regularibus controversia, ut nuper contigit in Regno Polonie & erroris causam præbuit, quòd aut privilegia exemptionum fuerunt Regularibus concessa ante Constitutionem Innocentii IV. de quo in c. 1. de privi. lib. 6. aut post si ante privilegia restricta fuerunt per eandem Constitutionem, ut non habeant locum in tribus casibus hic exceptis, id est cum exempti delinquant seu contractus, aut rei liti litigiosa consistit in loco non exempto; quod procedit quantumcumque exemptionis sint amplæ & generales, ut innuit verba illa textus quantumcumque gaudent libertate; & observat hic Gemianus in §. finali prope finem & confilio 72. col. prima, verf. Contrarium.
- 12 Si verò privilegia concessa fuerint post eandem Constitutionem, cum illa edita fuerint in Generali Concilio Lugdunensi, non valent privilegia exemptionum, nisi in eis Generali Concilio fuerit specialiter & expressè derogatum, & ex parte de Capell. Monach. c. cum te de arat. & qualis. Archid. in c. 1. in ver. Noscatur, quem hic sequuntur Joan. Andr. Gemin. & alii communiter de Constitut. lib. 6. Oldrad. conf. 326. Quòd articulus & conf. 328. ad idem in prin. Felin. in cap. Nonnulli, numero 2. de rescript. Covac. lib. 4. variarum resolutionum capite 16. n. verf. Sed & ex his definitivibus.
- Privilegia etiam essent valida, eo quòd in eis fuisset expressè derogatum Constitutioni Concilii Innocentii IV. (que tamen derogatio in multis privilegiis non habetur) nihilominus potest sublatæ fuissent tam per Concilium Tridentinum quòd in c. 14. sess. 7. in causis exemptionum præcipit servari prædictam Constitutionem Innocentii IV. quam per motum propositum Pii IV. in cap. In Præscriptis Angolorum, editum 13. Kalend. Martii 1565. in quo amplissime derogatur privilegii, exemptionibus & indultis omnibus in favorem quoruncumque Ordinum etiam Mendicantium, locorum & personarum Regularium in his que Decretis Tridentini Concilii advertantur. Post Concilium verò jam privilegia huiusmodi eorumque confirmationes non consecuerunt concedi nisi cum clausula Dummodo Concilii Tridentini Decretis non sint contraria. Atque ita exemptiones quantumvis generales; & quandoquom fuerint concessæ, non videntur Regularibus suffragari, nisi cum deliaquant, seu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, sita est in loco exempto.
- Sed his non obstantibus dicendum est nec Decretalem Innocentii IV. nec Tridentini Concilii Decretum ad Regularium exemptionem pertinere. Quod ut evidentius appareat, observandum est exemptionum olim duas species existisse. Quiddam enim indefinite seu etiam generaliter erant exempti, puta quia in privilegio Papa qui solus dat exemptiones, dicebat tales exemimus à jurisdictione & potestate seu etiam omnimodè potestate Ordinariarum & quoad hanc speciem exemptionis erat arduum controversia, an includeret casus delicti commissi seu contractus liti aut rei existentis extra locum exemptum. Exempti enim contendebant suam privilegium tanquam generale, indefinite & abique restrictione aut distinctione generaliter esse intelligendum, c. Si Romanorum 19. dist. 8. et ostendit de consuet. dist. 4. c. Dilectissimi 12. q. 1. & c. Quoniam in fin. ubi glossa in verbo generali de conjug. lepro. ita ut haberet locum ubique committa-



ubi conceditur eis habere campanam; ergo unam duntaxat. Sed ad prædicta respondebatur non obitare hoc caput, quia loquitur de Oratoris contractibus in privatis domibus, de quibus habetur in Auth. Ut in prius. dom. Sacra Ministeria non fiant in rubro & nigro & de quibus procuratori dari non debet; ut c. ult. supra de censib. Nec debet intelligi de Monasteriis ubi sunt tolemae Ecclesie & Conventus, ut c. si quis etiam de consecr. dist. 1. & quod inter ista sit patens differentia, liquet ex c. Quidam Monachorum 18. q. 2. & hic notatur. Item non obstat d. e. Nimis iniqua ubi legitur in singulari campana, quia narrat gravamen quod inferebatur Prædicatoribus & Minoribus, videlicet quod Prælati eis campanam non permittebant; & illud gravamen hic tollit. Quis ergo dicit legem proditam in eorum favorem debere gravamen eis inducere: certe qui hoc dicit, à mente Legislatoris diverit, l. Deducta, §. fin. ff. ad Trebell. c. Transmissa, infra de verb. signif. Hæc enim ratio pro eis posita est non contra ipsos, l. In ratione, §. Tametsi ante, ff. ad leg. falc. Quippe si ante d. e. Nimis iniqua præcessisset prohibitiōe campanarum habere: tunc permittebatur eis habere campanam, forte maneret prohibitio in aliis; sed cum nulla præcessisset prohibitio & tantummodo tollatur gravamen quod inferebatur circa unam campanam, non licet hinc deducere prohibitionem super pluralitate, quia secundum hoc unum contrarium induceret reliquum, scilicet conceptio prohibitionem: quod esse non debet, l. legata inutiliter, §. fin. ff. de alim. leg. l. cum tale, §. ult. ff. de cond. & demonstr. licet nec prohibitio inducit ejus contrarium, videlicet ius affirmativum, l. Titius, ff. de manum. test. Ita nec concessio debet inducere prohibitionem cum loquimur de his que aliis sui naturæ prohibita non sunt, ut legitur & notatur in c. Inter corporalia de translat. Episc. nre. etiam multum à verbi proprietate recedit, quod prohibendo gravamen circa campanam illatum, etiam de pluralitate campanarum intellexi ne videatur ut l. si plerisque, ff. de leg. 2. l. si plures de leg. 1. & l. si necessarios, §. si annua, ff. de sign. ar. neque etiam tempore singularitas pluralitatem excludit, l. In usus, ff. de verb. signif. l. 1. §. Hoc Edictum, ff. Quod falsator. autor. Signa enim taxativa ut tantum & duntaxat, non semper subaudiuntur in oratione: unde non est bona illatio. Tu habes unum oculum, ergo unum tantum, ut l. ult. §. 1. & hic notat, ff. de leg. 2. & unda via ducit Roman, ergo una tantum; & ædificia edifica demonstrat speciem futuræ litis, sed non sola, ut l. 1. circa princ. ff. de edend. & aliud est delibere Episcopum, ergo Episcopum solum; c. Requisisti, de test. Obijciatur etiam contra prædictos fratres quod immixtio locorum campanarum ad alienum esset contra d. l. sicuti, §. Aristi, ff. si servo vindicet. Sed hic intelligitur de immixtione rei corporalis, ut patet per exempla hic posita, scilicet fragmentorum aque & fumi: quæ tria constat esse corporalia. De primis duobus patet ad sensum, de tertio scilicet de fumo notatur Iustit. de reb. corp. & incorp. in princ. & in 1. §. 2. de rerum divisione. Ita consuluit Oldrad. in cons. 128. incip. Quod Fratres Prædicatores per tot. cujus responsum ferè ad eslamum transtulit Alberic de Rosare in Dictionario in verbo Campana; & sequuntur hic, Mar. Soc. n. 10. & Dec. num. 21.

18 Tu verò dicas hujusmodi alterationem sublatam esse per Constitutionem Joannis XIII. quam Doctores nostri non allegant in Extravagante Quia canones de officio Custodis, ubi præmissa Cathedralium & aliarum Ecclesiarum quædam, quod nonnulli Mendicantium Ordinum Professores in aliquibus suis Conventibus plures campanas obtinent & in posterum fatigant obtinere; & propterea iusticia detrahatur & exinde Civitatibus locorum intereum afferunt Divinis Officiis impedimentum; & videturque inter ipsos litigios & scandalis via aperiri. Statuitur primò, ut Religiosi dictionum Ordinum Mendicantium in nullis Conventu suo seu loco plures campanas habeant sine Sedis Apostolicæ licentiæ speciali, sed una tantummodo pro loco quilibet sint contenti. Secundo, ut si communis seu universitatis aliqua Ecclesiastica vel mandata seu idem Religiosi pro hujusmodi universitate in aliquo istorum locorum campanam aliam habuerint vel nunc habent: non illam, sed aliam solam eorum specialiter usum deputatam pulsare valeant horis diurnis & nocturnis Missis & aliis consuetis. Tertio, permittitur eisdem Religiosis ut ubi habentur plures campanas sine illo & contradictione quilibet in usus duntaxat proprias habuerint &

nunc habent, illi etiam deinceps liberè uti possint, aliis quibuscumque per eos habitis intra triens mensium spatium, de suis locis seu campanilibus deponendis & nullatenus iterum reponendis. Quarto declaratur, ut campanas in Refectoriis, Sacristiis, Capitulis & aliis quibuslibet officiis Religiosorum ipsorum consueverunt habere sub dicta ordinatione nullatenus comprehendantur. Hæc hic.

Quibus positis concludere veritatem sub distinctione, nam autem queritur de Oratoris privatis, seu domesticis, qui Religiosi habent in suis privatis domibus vel grangis & in his nec unam campanam licet eis obtinere in loco publico, seu elevato, quia cum hic Missæ & Divina Officia publice nequeunt celebrare, ut dicit in cap. ult. supra de censibus consequens est, ut nec possint hic publice habere, aut pulsare campanam, cujus præcipuus est usus plebem vocare ad Divina Officia, ut cap. 1. & 2. de off. custodis & constat ex dictis supra, n. 11. & 12. Et in summa de hoc est casus expressus non cavillando litteram in hac Decretali que est loquatur in plurali de campanis, hoc tamen facti, quia eodem modo de Hospitalariis & Templariis, eorumque Oratoris loquitur in plurali. Unde verbum Campanas, debet distributive accipi singulari singulari referendo, secundum ea que notat Bart. in l. Falsa, §. si quis, n. 1. ff. de condit. & demonstrat. & fusc Everardus in sua centuria legali in loco à vi nameri, à n. 9. usque ad n. 10. Similis expositio fit in cap. Ut privilegia, in fin. infra eod. & hoc usu receptum est; nullibi enim servatur, ut in Oratoris que sunt intra domesticos parietes in loco elevato teneantur vel publice pulsetur campana. Non autem est prohibitum hic tenere campanam privatam & privatim pulsare, ut à contrario probat hæc littera in verb. Publice, secundum Anton. de Butr. hic n. 10. Anchar. n. 2. Abb. & Marian. Soccin. in 2. notab. & Dec. n. 8. & 13.

Aut queritur de Oratoris publicis vel Ecclesiis, que sunt in ipsis Monasteriis Religiosorum; & planum est eis non licere in eorum Conventibus locis plures campanas habere sine speciali licentiâ Sedis Apostolicæ, sed una tantum pro quolibet loco debere esse contentos, ut est expressum ad litteram in eadem Extravaganti Joan. XXII. Quis canones, & concordat Concilium Provinciale Mediolanense IV. in titulo de sacris locis, eorumque culta, §. De campanis, tom. 4. Concilior. part. 2. fol. 437. col. 2. ubi sic legitur: Simplex Ecclesia, Oratoriarumve unam tantum campanulam habet, ut Joannis XXII. constitutione sancitum est. Itaque hodie est approbata opinio Abbatis quod Religiosis non liceat in Ecclesiis & Oratoris Monasteriorum fuorum habere nisi unam campanam.

Limita primò, nisi Religiosi in Ecclesiis vel Oratoris hujusmodi habuerint plures campanas ante prædictam Extravagantem, & nunc sine lite aut conditione habeant, quia tunc eis liberè uti possunt, ut dicitur verbis hic iterum in §. Caterum, & ita eo tempore inspecto approbatur intellectus Goffredi ad text. in c. Nimis iniqua, de excess. Prælat. & responsa Oldrad. contra Host. quod Religiosis Mendicantibus in eorum Oratoris publicis & Ecclesiis de jure communi permittitur sit non tantum unam campanam, sed etiam plures obtinere secundum ea que dicta sunt supra n. 8.

Limita secundò, nisi plures campanas habeant ex antiqua consuetudine; tunc enim militat ratio que movet Papam Joan. XXII. ad permittendum, ut Religiosi possint retinere plures campanas, si eas habuissent sine contradictione ante tempus constitutionis. Item per hanc consuetudinem fit redditus ad jus commune antiquum, ut supra proxime dictum est, quod est favorabile, ut cap. Cum dilectus, §. Caterum & hic gloss. notat. in verb. Juri communi & Abb. n. 21. supra de consuetud.

Limita tertio, nisi Monasteria hujusmodi vel conventus habeant parochias, quia tunc plures habere campanas, & possunt & debent; unde in Concilio Mediolanensi IV. in loc. supra cit. n. 25. in §. De campanis, sic legitur: Parochialis Ecclesia si campanas tres grandiores scilicet mediam & minimam habere non potest, solum duas, ubi fieri potest habeat, easque distinctio soni concerta inter se rectè consentientes pro varia Divinorum Officiorum que sunt, ratione & significatione.

DE



# DE PRIVILEGIIS

Innocentius III. Archiepiscopo Lugdunen.

## CAPUT XI.

Tuarum nos tenor edocuit litterarum, quod Fratres hospitalis Sancti Joannis Laicos & illiteratos mittunt pro elemosinis collendis; & infra. Cum in quadam Ecclesia baptismali, eis à prædecessore tuo collata, quidam eorum percutions Vicarium Sacerdotem, ipsam Ecclesiam sanguinis effusione scedasset, usque ad reconciliationem Divina ibidem interdixisti officia celebrari, sed nihilominus ipsi in ea Divina Officia celebrarunt. Alios verò Presbiteros ab officio suspensos per Episcopos suos, iidem cum sint laici ad Divina Officia restituit exequenda. Quosdam præterea, qui cum uxoribus suis in domibus propriis commorantur, eò quod eis de suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare contendunt, ut aliquibus secundum legem terræ de sibi objectis responderè minimè teneantur. Verum quia privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, fraternitati tuæ mandamus, quatenus si quos Clericos à d. his fratribus pro colligendis elemosinis Cruce falso signatos inveneris his, in quibus ipsos missos esse contulerit per totam provinciam tuam exortationis officium interdicat: missos si laici fuerint, excommunicationis mucrone procellas: si Clerici, ab officio beneficioque suspendas; nullo prorsus privilegii beneficio, vel appellationis remedio prævalente. Eos verò quos in prædicta Ecclesia, lege tibi Diocesana subiecta, post interdictum tuum Divina celebrare cognoveris, eadem pœna suspensionis involvens, in ea, donec reconciliata fuerit, officia non permittas celebrari Divina; Presbiteros etiam suspensos ab Episcopis suis & per prædictos fratres ad officia sua temerè restitutos, in eandem sententiam suspensionis reducas. Illos verò, quos ad respondendum aliis secundum legem terræ, pro præmissa causa asserunt non teneri, nolumus excusari, quin eos ad respondendum, sublatò appellationis impedimento compellas.

## SUMMARIUM.

- Hospitalarii qui mittunt pro elemosinis Cruce falso signatos, privantur predicationis officio, & missi si sunt laici excommunicantur, si Clerici ab officio & beneficio suspenduntur.
- Quoslibet qui ad elemosinas collendas ab Hospitalariis mittuntur, quas qualitates habere debeant.
- Regulares Mendicantes non sunt permittendi querere elemosinas per alios, quàm sui Ordinis fratres. Quoslibet nomen & usum prorsus abolere jussit Concilium Tridentinum, ibidem.
- Celebrans in Ecclesia polluta non est ipso jure suspensus, sed suspendendus. Secus in Ecclesia interdicta.
- Exemptus personaliter tantum ubi debet delinquat, contractat, aut res sita sit, forum Ordinarii non sortitur.
- Exemptus respectu certi loci si delinquat in loco exempto à Diocesano juri non potest.
- Nisi effectus delicti extendatur: seu explicetur extra locum exemptum. Projiciens lapides extra locum exemptum, vel alias turbando Ordinarium cum Campanis existentibus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri potest, ibidem.
- Immunitate Ecclesie an gaudeat existens extra Ecclesiam, qui sagittâ interficit existentem in Ecclesia.
- Exempti respectu loco sortiantur forum Ordinarii ratione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei sita extra locum exemptum.
- Regulares an ratione delicti commissi, seu contractus celebrati, an rei existentis in loco non exempto subiciantur Ordinarii jurisdictioni & an ligentur excommunicatione Episcopi edicto promissa & n. seq. usque in fin. Fagnan. in V. Lib. Decretal.
- Exceptiones quantumcumque generales locum non habent, cum exempti delinquant, seu contractant, aut rei litigiosa consistit in loco non exempto & n. 14.
- Exceptiones contra generale Concilium non valent nisi Concilio fuerit generaliter derogatum.
- Regularium exemptio non comprehenditur in c. Volentes de privil. lib. 6.
- Exemptorum à jurisdictione Ordinarii dua sunt species.
- Privilegia prætextu flagitiorum non eriscit autoritas.
- Exceptiones speciales etiam ratione delicti commissi, contractus celebrati, aut rei sita in loco non exempto non fuerunt sublata, aut respectu per cap. Volentes de Privil. lib. 6.
- Declarans novum jus non induci & n. 13.
- Regulares quorumcumque Ordinum tam Mendicantium quàm non Mendicantium jussu sunt specialibus privilegiis exemptionis à jurisdictione Ordinarii ab eis delinquant seu contractant aut rei litigiosa consistit & n. seq.
- Fratrum Prædicatorum, Minorum Sancti Augustini Carmelitarum Servorum Minorum & Clericorum Regularium de Somacho exemptio à jurisdictione Ordinarii etiam ratione delicti, contractus, ac rei referuntur.
- Monachorum Cassinensium Cartusianorum, Olivetanorum, Camaldulensium, Canoniarum Regularium Lateranensium, Militum S. Joannis Hierosolimitani, & Fratrum S. Spiritus in Saxia exemptio à Ordinarii etiam in tribus casibus exceptis, videm referuntur.
- Monachorum Cisterciensium exemptio an habeat locum in casibus delicti commissi, contractus initi, aut rei sita in loco non exempto.







num eandem Constitutionem innovando in e. 14. *sess. 7. dupliciter, se corrixisset, pater, quia quod prius statuerat in e. 3. *sess. 6. ut Regularis delinquentes extra claustra subessent Episcopo in visitatione tantum, & autoritate delegata, corrixisset in dicto e. 14. *sess. 7. innovando Constitutionem Innocentii IV. qua exempti in casibus exemptis subijciuntur jurisdictioni ordinariæ extra visitationem; & rursus in e. 4. *sess. 14. corrixisset dispositionem d. c. 14. statuendo ut Clerici seculares tantum, non autem Regulares puniri possint extra visitationem ab Episcopo residentibus. At valde absurdum est, ut in tribus fere successivis sessionibus Concilium, quod nunquam alibi fecit, bis se corrixit; & consequenter fatendum est S. Sinodum dum innovavit d. cap. *Volentes, probè intellexisset Regulares in illius dispositione non fuisse comprehensos.*****

36. Secundo ad hoc ponderandum est idemmet, *cap. 14. *sess. 7.* ubi Concilium postquam innovavit Constitutionem Innocentii IV. in d. cap. *Volentes* subiungit: addendo insuper quod in civilibus causis meoedum & miserabilium personarum Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam si certum iudicem a Sede Apostolica deputatum in paribus habeant, in aliis vero si ipsum iudicem non habuerint, conveniri; & ad debitum solvendum cogi possint, coram locorum Ordinariis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis. Quod Decretum itidem inducitur sic: Si Regulares fuissent comprehensi in Constitutione, d. cap. *Volentes*, ita ut ratione contractus inibi extra Monasterium indifferenter coram Ordinariis conveniri possent: in eod. Concilio addendo prædictæ Constitutioni statuit, ut degentes extra Monasterium in causis superius expressis; & sic pro contractibus inibi extra locum exemptum conveniri possent coram iisdem Ordinariis ut delegatis Sedis Apostolicæ; nam si Episcopi ante Concilium potuissent pro contractibus celebratis in loco non exempto in omnibus causis contra Regulares procedere autoritate sua ordinaria: Concilium statuendo ut id facere possent tantum autoritate delegata; & in causis quidem mercedum & miserabilium personarum indistinctè, sed in aliis non nisi in defectum iudicis in paribus: utique nihil addidisset prædictæ Constitutioni, ut declaravit se facere velle per illa verba *addenda infra*, sed potius illam restrinxisset, ac limitasset; & inducitur in augmentum jurisdictionis ordinariæ operarentur illius diminutionem contra regulam l. *Legata iustitior, ff. de adimen. leg. & l. Quod favore, Cod. de leg. quod aperitissime offendit exemptionem Regularium ex mente Concilii non fuisse restrictam per d. cap. *Volentes* ad tres casus ibi exceptos.**

37. Tertio ad hoc ponderandum est decretum *cap. 5. *sess. 14.* ubi decernitur ut litteræ conservatorie nemini suffragentur, quin in causis criminalibus; & mixtis possint coram Episcopo accusari & conveniri & contra eum procedi. Deinde præscribitur certa forma in causis civilibus observanda. Tertio præservantur privilegia Regularium his verbis, *Regularis loca, eorumque persona in præsentis Canonis minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur.* Ex quo contextu colligitur aperte Regulares nec ratione delicti in causis criminalibus, nec ratione contractus, aut relictæ in causis civilibus posse coram Episcopo accusari, aut conveniri, sed eorum exemptiones salvas permanere. Et propterea alias conquerenti Episcopo Mantuano quod Regulari pro contractibus, vel debitis non finerent se in prima instantia coram locorum Ordinariis conveniri: S. Congregatio censuit, si hi Regulares extra claustra Monasterii degant, servandum esse quod dicitur *sess. 7. cap. 14.* Si intra Monasteria maneant, conveniendos esse coram Superioribus, vel Conservatoribus eorum, non autem coram Ordinariis, aut alibi. Salva igitur maneat Regularium privilegia quorum præservatio etiam generaliter habetur *cap. 20. *sess. 25. de Regular. in fin.* his verbis: In ceteris omnibus præservatorum Ordinum privilegia & facultates, quæ ipsorum personarum, loca & iura concernunt, firma sint & illæsa.**

38. Quarto, ad idem ponderandum est *cap. 11. *sess. 24. de res.* ubi agitur de tribus exemptorum speciebus. Prima est Clericorum secularium, qui mediatis titulis honorariis exemptionis privilegio donantur: & hoc Concilium plenè subiicit Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato. Secunda species est eorum, qui appellatur Capellani Regii; & quoad hos in effectu distinguitur, ut si delinquant in Capella, five in loco exempto, sua gaudeant exemptione, ita ut ab Ordinario suspendi, excommunicari vel interdicti non possint: Si vero extra locum exemptum in prædictis casibus subint Episcopo similiter, ut Delegato Sedis Apostolicæ: ita enim distinguitur in *cap. Cum Capella, cujus d. dispositionem Concilium servari jubet, de privil. Rota decr. 744. n. 2. par. 1. dicitur.* Tertia species est eorum, qui Monasteria, seu militiæ acta inserunt & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, necnon illorum, qui secundum regulam dictarum militiarum professionem fecerunt; & his generaliter & indistinctè Concilium*

præservat exemptionis privilegia & solum arctat milites ad docendum de eorum professione coram Episcopo. Ex qua exemptorum distinctio facit liquet exemptis tertis speciei frui debere sua exemptione etiam ratione delicti extra locum exemptum commisi: nam si quoad eos Concilium voluisset servari distinctionem inter locum exemptum & non exemptum, id expressisset, sicut fecit implicite quoad Capellanos Regios, *cap. Inter corporalis de translat. Episcopi, c. Majoris, de Baptis. l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de cadar. tollen.*

39. Quinto, ad idem expendendum est, *cap. 14. de regul. ubi* Regulares degentes inter claustra & extra illa delinquentes ita demum puniri possunt ab Episcopo Decessano, si tria copulativè concurrant. Primum, ut delictum sit notorium & cum populi scandalo. Secundum, ut sit patratum extra claustra & sic in loco non exempto. Tertium, ut Superior Regularis ab Episcopo admonitus intra præfixum tempus delinquentem non puniverit, & de punitione Episcopum certiorum non fecerit. Et idem ferè statuitur in Constit. Clem. VIII. quæ incipit, *Suscipit*, edita 7. Kal. Martii 1595. in Bull. tom. 3. pag. 54. Ergo apparet evidenter S. Sinodum habuisse Regulares pro exemptis etiam ratione delicti commisi in loco non exempto, cum tribus novam autoritatem Episcopi puniendi Regulares delinquentes extra claustra, & sic extra locum exemptum in hoc tantum speciali casu notorietatis delicti, & negligentie Superioris Regularis. Inclusio enim hujus casus specialis in materia commissiois jurisdictionis omnes alios casus diversos excludit, ut est text. in *cap. Cum in illis §. Cum autem, de prob. lib. 6. & in l. Cum Præter, ff. de judic. tradit. Angel. conf. 375. Præterit per tot. Calder. conf. 114. alius 10. de judic.*

40. Sexto & ultimò omittis aliis, eam superioribus anois Procurator Ordinis Carmelitarum conquirent fuisse in S. Congregatione Concilii, quod in H. Episcoporum Regnis quidam Ordinarii locorum concederent Religiosis intra claustra degentes coram ipsis Ordinariis conveniri debere in causis civilibus, *cap. Volentes, de privil. lib. 6. comprehensio* propter illius innovationem a Concil. Trid. *sess. 7. cap. 14. eoque* in prima instantia coram ipsis Ordinariis conveniri debere ex decreto Concilii Tridentini, *sess. 24. cap. 20. de resor.* S. Congregatio censuit, neque Constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit, *Volentes*; neque decreto Concilii Trid. *sess. 14. *sess. 7.* comprehendendi Regulares ideoque: eos juxta eorum privilegia coram suis Superioribus, vel Conservatoribus esse conveniendos. Necnon decretum ejusdem Concilii Tridentini, *cap. 20. *sess. 24.* ad Regulares non pertinere, nec eorum Conservatorias imminuere nec quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducere. Et hanc declarationem postea observari mandavit Paulus V. per litteras in forma Brevis cum decreto irritante sub die 24. Aug. 1607. in Bull. pag. 223. tom. 3.**

41. Quoad secundam partem questionis initio propositæ longè minor est difficultas: quia in privilegiis, quorum superioris meminimus à n. 18. expressè inhibetur locorum Ordinariis, nec absque speciali commissione Sedis Apostolicæ in personis Regularium aliquam excommunicationis, suspensionis & interdicti sententiam specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare presument. Quod quidem privilegium tantum abest, ut sublatum fuerit, per d. cap. *Volentes*, ut potius in eo fuerit expressè præservatum in §. *Eos autem*, ut probant verba illa, *idem Ordinarii jurisdictionem suam quantum ad ista, scilicet interdictum, suspensionem, vel excommunicationem jubeantque illi fuerint penitus exercere non possunt.* Undè ut notat ibi Gem. & Fr. Si Episcopi contra eos proferant sententias, nullæ erunt ex defectu jurisdictionis & non ligabunt, quod & Navar. tenuit *conf. 2. num. de sent. excom.* Quod clarè etiam constat ex tenore eorundem privilegiorum, ibi: *Decernimus quoque ex nunc quælibet excommunicationis, suspensionis & interdicti sententias & quoscumque processus & omnia quæ contra fratres quomodolibet promulgari seu fieri contigerit, nullius roboris, vel momenti esse & pro infectis processibus haberi debere, etiam eorum exemptione, ut potè notoria non allegata.* Quæ ultima verba fuerunt opposita, quia aliis nisi citati venissent exemptionem allegaturi, teneret sententia contra eos lata, ut per gloss. *fin. Tancred. & Innoc. in C. Cum ordinem, de rescript. Secus cum exceptio notoria est, ut l. 1. de ser. Secundum Innoc. in cap. Ex parte, si primo n. 2. *verf. Exempti autem de ver. signif. Paul. de Castro conf. 43. videtur dicendum n. 2. v. Interdum nullo modo lib. 1.* Ergo cum hoc privilegium fuerit præservatum in Decretali, *Volentes*, consequens est, ut fuerit etiam præservatum a Concilio Tridentino eandem Decretalem innovante in *cap. 14. *sess. 7.* quia lex innovans jus commune perinde operatur, ac si jus commune esset in ea insertum, Angel. Aretin *conf. 26. Vedetur, num. 18.***

42. Et ex his patet etiam responso ad objecta supra in prin-

cipio: nam cum exemptio Religiosorum ratione delicti, contractus rei litigiosæ non adverteur generali Concilio Lugdunensi, non fuit opus illi derogare, quia derogatio non fit nisi ad contraria, e. 1. de *confit. lib. 6. c. Ex parte, supra de Capell. Monachor. Clem. Datum, §. Nec etiam, ibi, in quantum sunt præmissa, vel alicui præmissorum contraria, de sepultur. cum multis similibus. Et innovatio Concilii Tridentini non tribuit Ordinariis locorum aliquod novum jus, sed tantum præservavit quod prius habebant in generaliter exemptos, *cap. Quis intentionis infra eod. ubi Honorius III. Cum innovat, inquit, nec jus novum conferat, nec**

etiam tollat vetera, in eo statu esse volumus, in quo tempore impetrata innovationis dignoscitur existisse, *cap. Ex parte, il primo, eod. tit. ibi, Ita tamen, ut per innovationem ipsius eidem Ecclesie non plus juris accretat, quam per privilegia prædecessorum nostrorum obtinuit, cum per hoc novum ei concedere, sed antiquum jus conservare velimus, gloss. 1. & DD. in cap. Cum delecta, de *confir. util. vel inutil. Et consequenter nec Constitutio Pii IV. In Principi Apostolorum, huic casui applicatur, quia non fuit privilegia & exemptiones Regularium, nisi quatenus contrariantur Decretis Concilii Tridentini.**



DE PRIVILEGIIS.

Idem Innocentius III. Colubrien. Episcopo.

CAPUT XIV.

Cum olim propter quæstiones, quas adversus Priorem & Canonicos Monasterii S. Crucis habebas, pro quibus ad audientiam nostram fuerit appellatum, moram feceris longiorum: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis, eidem certum terminum duximus præfigendum, in quo venirent vel mitterent, super privilegiis omnibus & libertatibus, quæ à Romanis Pontificibus, vel ab M. quondam Colubrien, Episcopo se habere dicebant & super aliis quæstionibus adversus eos, à Colubrien. Ecclesia intentatis, definitivam sententiam recepturi: & infra. Interim autem utrique parti liceret coram dilectis filiis tuis de Alcobacia & de Serra Abbatibus, & F. Monacho Alcobaciæ, quibus causa prius fuerat delegata, proponere ac probare, si quid aliud proponendum duceret, ac probandum: & infra. Judices autem sufficienter actum esse de causa credentes, Monasterium sanctæ Crucis in expensis, quas per quadriennium occasione hujusmodi negotii Julaveras te fecisse, damnarunt, infirmantes sua sententia libertatem, quam dictus M. Colubrien. Episcopus contulerat Monasterio S. Crucis, Canonicorum assensu per portarium regis extorto. Præterea, quia idem M. prædecessor tuus fuerat Canonicus regularis & duomillia Marabatinorum, quæ acquisierat, in Episcopum jam promotus, Monasterio dederat memorato; ipsum ad restitutionem eorum judices condemnarunt. Insuper Ecclesie omnes, quas Monasterium præter Episcopi Colubrien. assensum, propria autoritate fundarat, (quia pars S. Crucis nec præscriptione, nec defensione alia, probationibus contra se factis oblitæ) judicantur in jus Colubrien. Ecclesiæ cum fructibus mediæ temporis revocari; & infra. Tandem procurator Monasterii proposuit sententiam non valere, nec tenere. Quod si alias etiam sententia memorata teneret, quia tamen Monasterium fuit indefensum, nec exhibita fuerant coram eis privilegia libertatis (ne delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundaret) debebat ad exhibitionem privilegiorum suorum admitti: quod tibi concedi de solita benignitate Sedis Apostolicæ postulavit. Nos igitur attendentes, quod eadem privilegia non solummodo pro libertate Monasterii faciebant, sed etiam exprimebant jus nostrum; & Ecclesiæ Romanæ justitiam tuebantur: ne in nos Monasterii læsio redundaret, ad privilegia exhibenda, partem ejus de gratia duximus admittendam; & infra. Distinguentes itaque inter libertatem per prædictum Episcopum Ecclesiæ ibi concessam & libertatem, quam ei longè ante tempus ipsius Episcopi Apostolica Sedes induit: quia nobis confluit extortum fuisse in Episcopi concessione Canonicorum assensum & concessiois paginam in aliquot lineis habuisse rasuras & suscriptiones singulas fuisse singulis suscribentium manibus adnotatas: scriptum autem quod nobis exhibitum fuerat, nec rasuram prætere, nec esse variis suscriptionum manibus variatum, sed à primo ad ultimum eadem manu conscriptum, libertatem ab ipso Episcopo concessam (per extorsionem) irritam decernimus & inanem: super hoc sententiam delegatorum judicum confirmantes. Quia verò evidenter agnovimus ex privilegiis, antedictos prædecessores nostros Ecclesiæ S. Crucis libertatis privilegium indulsisse & quod in ea possessione tamdiu fuerat libertatis, quod aliis etiam cessantibus præscripsisset: libertatem eî à prædecessoribus nostris indultam, autoritate Apostolica confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes: super hoc au-



tem in nullo sententia delegatorum iudicium derogamus; cum ipsi de hoc non cognoverint libertate; & infra. Cumque libertatem a predecessoribus nostris indultam Monasterio confirmemus, ad jus professionis (quod est contrarium libertati) Monasterium decernimus non teneri: non derogantes iudicibus delegatis; in quibus libertatis privilegia non fuerant presentata: in ceteris autem latam a predictis iudicibus sententiam pro Colubrien. Ecclesia confirmamus.

SUMMARIUM.

- 1 Celestia utri duplici privilegio, licet ex uno succumbat, ex alio poterit obtinere.
2 Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diocesano non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto Ecclesiam construere.
3 Monacho si committatur causa a Sede Apostolica, non expresso nomine Monachatus, delegatio tanquam subreptitia non valet, & num. 9.
4 Monachi a strepitu causarum remoti esse debent.
5 Monachus non potest esse procurator etiam pro utilitate Monasterii sine licentia Abbatis.
6 Papa si ex certa scientia committat causam Monacho, censetur super inhabilitate dispensare.
7 Causa a Sede Apostolica, quibus sint committenda ex

- Concilio Lugdunensi.
8 Et quid ex Constitutione Bonifacii VIII. & ex Concilio Tridentino, & n. 12.
10 Prior Conventualis potest esse Delegatus Apostolicus.
11 Monacho Ecclesia Cathedralis Monachalis an causa a Sede Apostolica sint committenda.
13 Iudices Sinodales an sint deputandi ab Episcopo de consensu Sinodi vel de eius consilio tantum, & nu. seqq. usque in finem.
14 Testes Sinodales in Sinodo ab Episcopo constitui debent.
15 A dictio denotat causam essentialem.
16 In dictio designat intrinsicam in loco seu in actu.
17 Episcopus potest in Sinodo Constitutiones facere de consilio Capituli tantum.

Um olim, il secundo. Ecclesia utens duplici privilegio, licet ex uno succumbat, ex alio poterit obtinere. Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diocesano non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto Ecclesiam construere. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes. In textu hic, Abbatibus & F. Monacho Alcolatia quibus causa prius fuerat delegata. Nota causam a Sede Apostolica delegari simpliciter Monacho, ut hic, in c. Congestus, juncta superscriptione, supra de foro competet. Sed hoc intelligit verum gloss. hic in verb. & F. Monacho, dummodo fiat delegatio expresso nomine Monachus, quo tacito littere non valeret, quia per subreptionem non essent obtente. Monachi enim a strepitu causarum remoti esse debent, c. unio. supra de iudic. & actor. nec est eis danda vagandi materia cap. Quanto, de offic. Ordin. unde oportet, ut in litteris fiat mentio de Monachatu, arg. c. Cum Ordinem, supra de rescript. & cap. Porrecta de confirmat. utilis. vel inutili. Similiter nec procurator esse potest etiam pro utilitate Monasterii sine licentia Abbatis, c. Monachi, & c. De presentium 16. qu. 1. & cum gloss. concordant Vincent. & Innoc. hic n. 1. dicens. Nota Monacho delegari causam & hoc verum intelligo si expresso continetur hic, Monachus, alias presumo pro veri taciturnitate obtentas, cum non sit eis prestantia materia vagandi Host. n. 3. Joan. Andr. n. 16. vers. In gloss. Nota quod, Butr. n. 7. 27. & 48. & reliqui omnes, quando enim Papa committit causam Monacho ex certa scientia, videtur super inhabilitate dispensare, l. Quidam consulebat, ff. de re iudic. Butr. d. n. 27. & 48. Hodie tamen, ut gloss. subdit, non committitur causa a Papa vel ab eius Legatis nisi personis in dignitate Ecclesiastica constitutis vel Canonicis in Cathedralibus Ecclesiis vel aliis Collegiis venerabilibus, ut in Decretali Innocentii IV. in Concil. Lugdunensi edita incipien. Presenti decreto que habetur inter acta Concilii Lugdunensis in tit. de rescript. c. 2. tom. 3. Concil. par. 2. pag. 723. col. 1. in hac verba: Presenti decreto duximus statuendum, ne a Sede Apostolica vel Delegatis istius cause aliquibus committantur, nisi personis que vel dignitate sint predate vel in Ecclesiis Cathedralibus, seu aliis Collegiis honorabilibus constitute. Hec hic. Sed hodie observanda est Constitutio Bonifacii VIII. in c. Statutum, de rescript. lib. 6. qua statutum est, ut nulli nisi dignitate predate aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis cause a Sede Apostolica vel Legatis eiusdem committantur. Quare cum Monachus non habeat qualitates requisitas in d. c. Statutum, explorati juris est non esse capace delegationis Apostolicæ; nisi tamen esset Prior Conventualis, etiam obedientiarius, quia dicitur habere dignitatem, ut Clem. Et si principalis, de prescript. & hic notat Abb. nu. 13. & scripsi plenius in cap. Sanè, il secundo, supra de offic. Delegat. vel nisi esset Monachus Ecclesiæ Cathedralis Monachalis, ut est Siracusana de qua in cap. Quorumdam, 74. dist. Cantuarien. Montis regalis & plures alie, quia tunc tanquam qualificatas ad prescriptum, d. c. Statutum, bene possent esse delegatus. Sedis Apostolicæ ut firmat Abbas ubi supra, dicens se ita alias consuliisse per d. Clem. Et si principalis, & per id quod habetur in c. Sunt nonnulli, & c. Doctores, 16. quæst. 1. talis enim censetur Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ut cap. 1. juncta gloss. in verb. Ecclesia 63. dist. licet aliud sente-

rit Archid. in d. c. Statutum, n. 1. in fi. vers. Sed quid si Ecclesia Cathedralis esset Monachalis. Prædictæ Decretalis statutum novissime innovatur a Concilio Tridentino cap. 12. 10. sess. 25. de rescript. ubi præmissis exordio quod ob ma-litiosam preteritum suggestionem, & locorum distantiam personarum notitia haberi non potest, indeque interdum cause committantur iudicibus non usquequaque idoneis: statuit Sancta Sinodus in singulis Conciliis Provincialibus, aut Diocesanis aliquot personas designari que qualitates habeant iuxta Constitutionem Bonifacii VIII. in dict. cap. Statutum, ut præter Ordinarios locorum iis etiam cause Ecclesiasticæ in partibus committantur. Sed quaeritur, an persone, quibus a Sede Apostolica cause committendæ sunt in Sinodo Diocessana deputari ab Episcopo debeant de consensu Sinodi vel de eius consilio tantum. Videtur prima facie necessarius consensus, quia Concilium mandat ut designetur in Sinodo, & sic hunc actum Sinodo tribuit, non autem Episcopo, argum. l. Item eorum §. Si Decuriones, ff. de iur. iur. univ. Preterea Concilium si aliquem ex delegatis mori contingat dat facultatem Episcopo alium substituendi cum Capituli consilio: unde probabile est, ut in Sinodo requiratur etiam consensus. At in contrarium, id est, non requiri consensus, hæc magis videntur urgere; & primo, Concilium ubi id voluit, expressit, ut in c. 18. sess. 24. dum jubet examinatores Sinodales in Sinodo ab Episcopo proponi & ab ea probari; ergo id ipsum fecisset, in d. cap. 10. sess. 25. si voluisset, cap. Ad audientiam, ver. Nam si intelligeremus & hic gloss. de decimis, cap. Inter corporalia, §. Sed neque hic. Unde si circa translationem, de translat. Episc. l. un. §. Sin autem ad deficientes C. de cad. toll. Old. conf. 226. Quod autem num. 10. Mand. in reg. 32. de impetr. benef. vac. per obit. famul. Card. quæst. 7. n. 16. Secundo jure Canonum testes Sinodales in Sinodo constitui debent; & tamen id pertinet ad solum Episcopum, ut in c. Episcopus in Sinodo 35. quæst. 6. Unde cessat prima obiectio, quod hic actus a Concilio videatur attribui Sinodo, non autem Episcopo; neque enim Concilium statuit ut iudices designentur a Sinodo, sed in Sinodo & dictio A. denotat causam essentialem, ut l. Filius a patre, ff. de lib. & postu. & not. Bald. in l. Ex arali n. 1. vers. Et adde quod dictio A. C. de actio empr. dictio autem in, designat inter-essentiam seu intrinsicam in loco, l. 1. §. in publico flumine, ff. de summiob. & per illum text. Bart. in l. Galus. §. ille casus n. 3. vers. Secundo casu, ff. de lib. & postu. Alex. conf. 22. consideratis verbis n. 8. lib. 4. seu intrinsicam in actu, l. 1. §. Ex incendio, ff. de incendi. ruin. naufr. notat Imol. in Clem. Causam n. 24. de elect. Tertio Episcopus in Sinodo constitutiones facere potest de consilio Capituli tantum, ut S. Congregatio decedit & est communis opinio, ut per Henr. Borcium de Sinodo p. 2. n. 117. & 141. Ergo multo magis designabit sine consensu Iudices, cap. Ex parte, il terzo, de decimis. Quarto, cum Concilium in substitutione Iudicia Sinodalis in locum defuncti requiratur consensus Capituli, non est credendum in Sinodo voluisse consensus Sinodi, quia in dicto casu substitutionis saltem requisivisset consensus capituli, quod in locum Sinodi a Concilio est subrogatum arg. c. Ecclesia il primo, ut lit. pend. cum similib. atque ita retorqueretur secunda consideratio pro contraria parte superius proposita. D



DE PRIVILEGIIS.

Idem Innocentius III. Abbati & Conventui S. Petri Eugebin.

CAPUT XII.

Um olim essemus apud Perusium constituti & tu fili Abbas privilegium Lucii Papæ nobis præsentans postulareris innovari, propter contradictionem Eugubini Episcopi asserentis hoc in suum præjudicium redundare, non fuit effectui mancipatum; & infra. Te igitur & præfati Episcopi procuratoribus in nostra præsentia constitutis, B. Basilicæ duodecim Apostolorum Presbitero Cardinali dedimus in mandatis, ut super amissione, ac tenore privilegiorum testes reciperet, quos duces producidos: qui fideliter rededit in scriptis depositiones decem testium juratorum, quorum depositionibus publicatis, dicti procuratores ad producendos testes, per quos inductos a parte adversa repellerent, inducias postularunt: quas sub eo tenore illis duximus concedendas, ut apud Sedem Apostolicam probarent, quæ vellent, ubi onus probationis pars altera futuisset; & infra. Nos vero tam per depositiones testium, quàm assertiones quorundam fratrum nostrorum liquido cognoscentes, talem dicti privilegii fuisse tenorem: quod videlicet cenobium vestrum nullo mediante ad Romanam Ecclesiam pertinere: & quod non liceret alicui Episcopo, eidem Monasterio & ejus Ecclesiis excommunicacionem indicere, ut fratres illic Domino servientes ab omnium potestate liberi, Romanæ Ecclesiæ libertatis gratiâ potirentur; & quod nulla eis mentio Diocessani Episcopi habebantur: illud etiam attendentes, quod cum tu fili Abbas tempore Cælestini prædecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses ipse inspectis Ecclesiæ tuæ privilegiis, te (licet excommunicatus ab Eugubino Episcopo dicereris) tanquam non ligatum admisit ad osculum (quod præsumitur non fecisse, nisi Monasterium vestrum cognovisset ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere.) Decernimus privilegium illud Lucii Papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartæ, vel litteræ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cujus per depositiones testium & assertiones fratrum nostrorum noscitur exuisse.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenti perditii tenor probari potest per testes qui illud perlegerunt & deponunt quod erat sine vitio.
2 Jurisdictionis Ducis Trajecti super Prioratu S. Gregorii an probetur iuxta formam Concilii Trid. & n. seqq. usque in fin.
3 Jurisdictionis personarum in quibus præsumitur usurpatio ultra immemorabilem probari debet per presentaciones quinquaginta annorum effectum sortitas.
4 Usurpationis præsumptio cadit in Dominis perpetuum jurisdictionem habentibus.
5 Testes super immemorabilis quomodo deponere debeant.

- 6 Presentaciones effectum sortita probari debent authenticis scripturis.
7 Juramento partis quando sit standum super scripturis deperditis.
8 Juramento damnus passus de rebus abstractis vel assumptis statuit tamen contra eum qui damnus dedit non contra tertium.
9 Instrumentum fuisse amissum non sufficit probare, nisi etiam probetur illius tenor aut cum solemnitatibus necessariis. Testes deponentes super instrumentis deperditis debent esse periti, ibid.

Um olim, il primo. Contenta in instrumento perditio probantur per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore & quod erat sine vitio. Hoc dicit & non est alibi casus ita clarus, Mar. Soc. Ex hoc infero ad questionem que nuper emerferit in factio videlicet. Possit testium depositionibus super immemorabili & instrumentis deperditis, an consistat de jure patronatus Ducis Trajecti super Prioratu S. Gregorii ad præscriptum Concilii Trident. c. 9. sess. 25. Solutio non videtur consistere sufficienter, nam Tridentinum Concilium in his personis in quibus jus patronatus plerumque ex usurpatione questum præsumi solet, ultra probationem tempore immemorabilia, requirit etiam multiplicitatem presentaciones annorum quinquaginta que effectum sortite fuerint. Familia autem Dominorum Pedemontis utpote habens perpetuam jurisdictionem talis est, ut in ea Fagnan. in V. Lib. Decretal.

fit locus dicte presumptioni usurpationis juxta decisionem S. Congregationis. Et hoc casu in primis non videtur probata præsumptio temporis immemorabilis; testes enim super ea examinati non deponunt se nunquam vidisse, aut audivisse a quopiam, a quo visum vel auditum fuerit observari contrarium, id quod necessarium erat ad hujusmodi tempus immemorabile probandum, juxta gloss. ult. in c. 1. de prescript. lib. 6. gloss. 1. in l. Si arbiter, ff. de probat. Oldrad. conf. 172. Quia omnes ferè obiectus num. 2. Bald. de prescript. in 2. parte 3. partis principalis in 6. quæst. n. 14. latissime Gabriel. lib. 5. cum concilij. tit. de prescrip. concl. 1. num. 24. ubi testatur hanc esse receptam DD. opinionem, quàm etiam scriptis secuta est Rota & præsertim in causa Serana jurisdictionis 28. Aprilis 1602. coram Pamphilo & apud Seraph. decis. 146. n. 1. Sed quatenus immemorabilis temporis prescriptio plenè



probatum non tamen diceretur constare de jure patronatus, cum non probentur scripturas authenticas multipliciter presentationes. Quae probatio ultra tempus immemorabile pro forma requiritur & ideo non adimpletur probando per testes de quibus Sacrum Concilium non confidit, ut ex mente S. Congregationis decidit Rota in Sabinen. beneficii anno 1581. coram Clemente VIII. & in nullius Archiepiscopatus a. Maii 1588. coram Card. Pamphilio & aliis saepe apud Mant. dec. 80. sub n. 2. versj. Et haec quidem probatio & Gregorium XV. dec. 222.

Neque obstat quod in processu probetur depopulatum esse Castrum Pedemontis & Pratorum in quo scripturae hujusmodi custodiri solebant, ab Hispanis, cum Castrum Pedemontis depopularetur concrematarum fuisse & ideo standum videatur juramento partis de ipsis scripturis, earumque tenore. Afflicti. decif. 11. 13. nam omnia nunc disputatio, an tenor instrumentorum deperditorum in materia juris patronatus Potentium probari possit per testes de quibus Concilium non confidit: respondetur delationem juramenti non habere locum in hoc casu in quo Dux Trejetti aut penitus ignorat, aut plenam noticiam per sensum visus non habet instrumentorum quae in domo combusta asservabantur, ut ex text. in l. Marcellus, ff. de rer. amot. tradit

Papian. in for. respons. Rei n. 10. versj. Secundo subjungit Marian. in pract. jud. in 3. acti qua in jud. emerg. col. 2. ver. Quanto requiritur n. 3. Menoch. de arb. jud. lib. 2. c. 1. n. 5. praeterim cum juramento damnatum passim de rebus subtrahitis vel absumptis stetur tantum contra eum qui damnatum dedit non autem contra tertium qui non intulit violentiam ad text. in l. Si possessione, C. de probat. Jas. in l. Si quando G. Unde vi, Plot. in reperi. ejusdem legis num. 38.

Accedit etiam quod non sufficit probare amissionem instrumenti, nisi probetur etiam id quod in instrumento continebatur, ut hic est casus & quidem per testes peritos, ut Advocatos & Procuratores, Bartol. in l. Sicut Codic. de diffam. instrum. & debent etiam deponere de solemnitatibus necessaria ad instrumentum, de quibus per Abbatem in c. 1. de fide instrumenti, ut respondit Alex. conf. 146. vol. 2. cum multis aliis de quibus per I.D. in d. l. sicut, Rip. in l. 1. n. 82. & 83. ff. si corr. per. Dec. in c. 2. n. 81. de probat. & conf. 82. Afflicti. dec. 174. & probatur in textu nostro in fine hic. Quid sine retractatione Bulla, Charta vel littera appareat. Qui tenor instrumenti juris patronatus ex fundatione vel donatione, nec probatur fuit nec articulatus.



DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. Episcopo Lingon.

CAPUT XVI.

Um Capella ducis Burgundiae gaudere dicatur huiusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonicoarum ejusdem Capellae, suspensionis vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam Capellae supradictae Canonici, qui Parochiales Ecclesias a te tenent, occasione Privilegii praebati, in his etiam, quarum iurisdictione ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdem excedat, tuae correctioni, recusant & sententiae subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione Capellae, Apollolicis privilegiis deferat reverenter: sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum, vel aliam iurisdictionem tuam respicere dignoscantur, officii tui debitum in eisdem liberè prosequaris

SUMMARIUM.

- 1 Exemptus ratione certi rei vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci.
- 2 Privilegium concessum personae cum adhesionem loci est personale ad locum tamen determinatum.
- 3 Exemptus Ecclesiae Canonice vel Clerice, Ecclesia non censetur exempta.
- 4 Exemptus respectu certi loci, si extra illum delinquat non gaudet privilegio exemptionis.
- 5 Canonici potest obtineri cum beneficio curato de jure communi secus post Concilium Tridentinum.
- 6 Capelle Principum & earum Capellani subsunt locorum Ordinarii, non autem Capellarum Magistris.
- 7 Episcopus fundat intentionem in tota Diocesi & in qualibet ipsius parte super exercitio ordinariae iurisdictionis.
- 8 Capella Regia visitari possunt ab Episcopo ex Decreto Concilii Tridentini, licet habeant in privilegio ut sint exemptae a visitatione Ordinarii.
- 9 Regia privilegia tolluntur per legem generalem, etiam si de illis non fiat specialis mentio.
- 10 Concilium Tridentinum in cap. 11. sess. 24. Et quoad Capellanos Regios, non habet locum, nisi extra visitationem.
- 11 Exemptio super certo articulo concessa, ad alium articulum non tenditur.
- 12 Exemptus ut suspendi, interdicti vel excommunicari non possit, in reliquis puniri potest ab Ordinario.
- 13 Una & eadem res diversis respectibus potest diverso jure censi.
- 14 Exemptus ratione Canonice respectu Parochialis subest iurisdictioni Episcopi.
- 15 Exemptus subest Episcopo ratione rei non exemptae.
- 16 Exemptus Ecclesiae, nec Parochus quoad curam animarum, nec Parochiani intelliguntur exempti.
- 17 Regulares & saeculares exempti curam animarum exercentes in conventibus curam, subsunt iurisdictioni Episcopi.
- 18 Exempti tam saeculares quam Regulares Sacramentum aliquod de facto administrantes & in aliis casibus hic expressis, an sint subiacendi iurisdictioni & privationi Episcopi Diocesani & n. seq. usque in finem.
- 19 Constitutionis Gregorii XV. de exemptorum privilegio origo & compilatio & n. seq. usque in finem.
- 20 Regulares curam animarum non exercentes, sed aliquod Sacramentum administrantes ex Concilio Tridentino non subsunt Episcopo.
- 21 Regulares praedicantes absque licentia vel benedictione Episcopi aut Episcopo contradicente in vim Concilii non ab ipso Episcopo, sed a suis Superioribus Regularibus sunt puniendi.
- 22 Idem si audiant confessiones personarum saecularium sus Episcopi examine & approbatione.
- 23 Iurisdictione multoties conceditur ad cognoscendam, non

- autem ad exequendum vel personaliter distringendum.
- 24 Locus effectus Clericus vel Monachus post commissum delictum subest iudici saeculari prevenienti quoad bona, sed non quoad personam.
- 25 Iurisdictione contentiosa in exemptis non censetur tributa, nisi in casibus in jure expressis.
- 26 Regulares administrantes Sacramenta Extremae Unctionis, Eucharistiae vel Matrimonii absque Parochi licentia, an sint excommunicati.

Um Capella. Ratione unius Beneficii dicitur ille subiectus, qui ratione alterius censetur exemptus. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Card. & alios communiter. Vel aliter & melius secundum Abbatem exemptus ratione certae rei vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci. Sunt duae partes. In prima ponitur querela. In secunda provisio hic quaeritur.

Nota primo privilegium concessum personae cum adhesionem loci, puta Canonice talis Ecclesiae non esse merè personale nec merè reale, sed personale ad locum tamen determinatum & restrictum secundum Anton. de Butr. hic n. 3. & Mar. Soc. n. 4. in 4. not. & quidem ex eo quod sit personale, resultat ut exemptus alicuius Ecclesiae Canonice vel Clerice, Ecclesia ipsa non censetur exempta, ut per Innoc. & Host. in princ. Joan. Andr. n. 1. versj. per hoc tamen & Anchar. n. 2. in 2. not. & est hodie expeditum in c. per exemptionem §. Verum infra eodem lib. 6. & ex eo quod sit determinatum ad certum locum resultat ut si exemptus extra illum locum delinquat, privilegium exemptionis ei non suffragetur, ut hic patet & notant Butr. & Abb. uterque n. in 1. not.

Secundo nota de jure communi posse quem habere Canoniam cum beneficio curato: quod tamen intellige, ut notatur in c. de multa in fine de prob. in c. Gratia de rescript. in 6. & in c. 1. de consuet. eod. lib. secundum Joan. Andr. hic n. 2. Card. in princ. versj. Nota quem possit tenere beneficium curatum cum Canonica. Anchar. n. 3. in 3. not. quod tamen non probat haec littera, quia factum narrat secundum Joan. Andr. n. 2. vel isti Canonici habebant Parochiales ex dispensatione, prout hunc textum intelligit Host. in c. extrinsecus d. n. 15. versj. Quarto ratione dispensationis, supra de prob. sed quidquid sit de jure communi, hodie ex Concilio Tridentino Canonice est incompatibilis cum beneficio curato, cum utrumque personale residentiam requirat, ut in c. 4. sess. 7. & c. 17. sess. 24. juncto c. 12. ejusdem sess.

Tertio nota Capellas Principum & Capellanos hic administrantes subesse locorum Ordinariis, non autem Magistris Capellarum, nam & ipsi Principes in Spiritibus subsunt Episcopi Diocesani, ut in c. Omnes Principes & c. Solita de major. & obed. c. Duo sunt 156. dist. ergo multo magis Clerici Capellarum se ipsa Capella secundum Abb. hic n. 4. & Mar. Soc. eod. n. in 3. not. Episcopus enim fundat intentionem super exercitio iurisdictionis ordinariae in tota Diocesi & in qualibet eius parte, ut 10. q. 1. per totam, c. Omnes basilicae, 16. q. 7. c. cum Episcopus de offic. Ordin. lib. 6. Caputaq. dec. 201. par. 2. seraph. dec. 1104. Sed Constitutio de privilegio exemptionis servanda erit dispositio huius Decretalis quam Concilium Tridentinum non sustulit excepta visitatione, quin potius servavit in c. 11. sess. 24. hic. Et quoad Capellanos Regios, iuxta Constitutionem Innocentii III. quae incipit Cum Capella.

Dixi excepta visitatione, quia d. c. 11. habet locum extra visitationem tantum: unde Capellae Regiae earumque Capellani quantumcumque gaudent prerogativa exemptionis, poterunt nihilominus visitari ab Episcopo loci ex Decretis c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. ut Sacri Congregatio alias declaravit, nam cum quidam Sacerdos Regis Capellanus vocatus ad iudicium coram Ordinario loci postulasset se remitti ad Capellanum majorem sub pretextu exemptionis: de qua habetur in Concilio, c. 11. sess. 24. Sacra Congregatio censuit c. 6. sess. 25. & c. 4. sess. 6. comprehendere Capellas Regias, etiam si in privilegio esset dictum ut non possent visitari ab Ordinariis, quia cum d. c. 6. deroget etiam fundationi & immemorabili, censetur derogare istis privilegiis. Non obstat quod privilegia Regia non censentur sublata nisi in specie dicatur, quia fallit in lege generali; & quando Concilium voluit exprimere, expressit. Dicitur autem c. 11. non procedere in actu visitationis; & sic intelligendum quando extra visitationem Ordinarius vult procedere.

Quarto nota exemptionem aliquando concedi non generaliter, sed super certo articulo, prout hic erat, quia Canonici Capellae Ducis Burgundiae non fuerunt plene in omnibus exempti a iurisdictione Ordinarii, sed in hoc tantum, ut non possent suspendi, interdicti vel excommunicari. In aliis ergo puniri poterunt, quia exemptio ad alium articulum non extenditur secundum Innoc. hic n. 1. versj. Item nota: unde Abbas antiquus sic ponebat casum brevem, videlicet: secundum privilegii formam tantum qui privilegiatus censetur,

- 27 Executio est pars iurisdictionis.
- 28 Regulares audientes confessiones Monialium ipsis subiectarum, aut bona Monasteriorum earundem Monialium administrantes, non subsunt Episcopi iurisdictioni in vim Concilii Tridentini.
- 29 Exempti delinquentes circa clausuram vel personas intra septuagesimas vel administrationem Monialium, an ab Episcopo puniri valeant.
- 30 Abbatissa electioni an Episcopus interesse possit.

ergo privilegia verba sunt diligenter ponderanda, c. Porro 12 supra eodem, propter varias exemptionum formas de quibus in c. si Papa infra eodem lib. 6. & cum sint contra jus commune, ad consequentiam non sunt trahenda sicut nec jus iungulare, ut l. Quid vero, ff. de leg. secundum Petrum de Anchar. hic n. 2. & Mar. Soc. n. 2.

Quinto nota posse contingere, ut quis certo respectu sit ab Ordinario exemptus & alia consideratione sit eidem subiectus; & sic una & eadem res vel persona diversis respectibus seu qualitatibus potest diverso jure censi, concordat c. cum olim; & quod hic notatur supra de res. in c. ex litteris supra de probat. & in l. si consil. ff. de adopt. & in c. Rainutus & in c. Rainaldus, supra de testam. quod nota ad limitationem regulae quae habetur in c. Frater noster 16. q. 1. c. Cognovimus 2. q. 2. & c. cum in tuo de decim. & alterius regulae de qua in l. si duobus, ff. de statu liber. ut hic plenius declarat glossa.

Ultimo nota, exemptionem ratione Canonice si obtinet Parochialem Ecclesiam respectu ejusdem Parochialis; & sic in his quae curam animarum & Sacramentorum administrationem concernunt, Ordinarii iurisdictionem declinare non posse, nam exemptus ratione rei non exemptus subiacet iurisdictioni Ordinarii, ad hoc c. Quoniam infra eodem & c. 1. §. ult. in verbo Quoad hoc, eod. tit. lib. 6. secundum Innoc. hic n. 2. Ideoque exempta Ecclesia nec illius Presbiter qui Parochianorum curam habet quoad ea quae ad curam eandem pertinent nec ipsi Parochiani intelliguntur exempti, ut est casus in c. 17 per exemptionem de privil. in 6. quod apertius hodie sancitum est Decreto Concilii Tridentini in c. 11. sess. 25. de Regular. ubi tam Regulares quam saeculares animarum curam personarum saecularium exercentes Monasteria seu Dombus Regularibus incumbentem, immediate subiacent iurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt sita.

Quarto, an exempti tam saeculares quam Regulares Sacramentum aliquod de facto administrantes & in aliis casibus infra scriptis, sint obijcendi iurisdictioni & punitioni Episcopi.

In Diocesi Giennensi, nonnulli exempti etiam Ordinum Militiarum, tamen Parochi non sint nec curam animarum suis Ecclesiis vel Monasteriis incumbentem exercent, nec ad eam fuerint ab Ordinario examinati & approbati: tamen uti Parochi de facto & absque ulla ipsius Ordinarii licentia, saepe Matrimonia solemnizant. Et cum Cardinalis Episcopus vellet in eos animadvertere tanquam delinquentes circa Sacramentorum administrationem ex Decreto Trident. Concil. c. 11. sess. 25. de Regular. exempti obijcerunt Decretum illud ad hunc casum non pertinere; loquitur enim de his Regularibus qui curam animarum exercent in Monasteriis seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum saecularium; hos enim subijcit Episcopo Diocesano in his quae dicuntur curam & Sacramentorum administrationem concernunt. At hoc casu exempti qui Matrimonia interfuerunt, id non egerunt ratione cure animarum. Ac propterea ob delictum ejusmodi non a Diocesano, sed ab eorum Superioribus Regularibus puniuntur ad suorum privilegiorum praescriptum. Quemadmodum Regulares quamvis prohibeantur in Ecclesiis qui sui Ordinis non sunt, praedicare absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis sui Ordinis non petiit ab Episcopo benedictione, aut Episcopo contradicente ex ejusdem Concilii Decretis, c. 2. sess. 5. & c. 4. sess. 24. tamen S. Congregatio Concilii declaravit eos si contra fecerint, non posse ab Episcopo puniri, sed a suis Superioribus duntaxat. Quando enim Concilium voluit attribuire Episcopis facultatem compellendi aut puniendi Regulares exemptos, id disertis verbis expressit, ut patet in c. 13. sess. 25. de Regular. hic. (Exempti autem omnes Clerici five saeculares five Regulares ad publicas Processiones vocati accedere compellantur) in c. 3. sess. 6. in c. 4. & 14. sess. 25. de Regular. atque alibi. Quod non fecit in d. c. 2. & 4. ubi verba non dirigitur in Episcopum, nec datur illi facultas coercendi, sed simpliciter sit prohibitio Regularibus.

Et similiter, quamvis Decreto c. 15. sess. 21. cautum sit nullum Presbiterum etiam Regularem posse confessiones saecularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat aut ab Episcopo